

MINISTERIUM  
CARDINALIS  
RICHELII,  
*ET*  
MAZARINII  
*Cum*  
OBSERVATIONIBUS  
POLITICIS.

*Es de la libreria del Col. R. D.*  
*de la Comp. de Sr. de Salazar*  
*Dulse etc. Illustres Cardinales Diego de la*  
*Fuente*

ARMANDUS, D. *Armand*  
DE RICHELIEU  
ET  
MAZARINUS,  
REGUM FRANCIAE

Ludd. XIII. & XIV. Con-  
filiarii intimi.

*Sive*

*Secretissima instructio & historia universalis*  
*ab Anno 1624. usque ad*  
*haec tempora,*

De  
MINISTERIIS, CONSULTATIONIBUS,  
NEGOTIATIONIBUS, LITERARIIS  
SCRIPTIS, CONFÆDERATIONIBUS,  
AC DEMUM MACHINATIONIBUS



IN MATERIA STATUS,

*Contra Universam Domum Austriacam, per Italiam,*  
*Sabaudiam, Rhetiam, Lotharingiam, Flandriam,*  
*& alias dynastias peractis.*

*Cum*

OBSERVATIONIBUS POLITICIS,

*Ad quaelibet Capita.*

*Opus Gallicum, Latinitate donatum.*



HERBIPOLI

Imp. Hæredum

JOHANNIS GODOPREDISCHONWETTERI  
Bibliopolæ Francof.

ANNO M. DC. LXII.



GENERO SO

&

EXCELLENTISSIMO

DOM. ISAACO

VOLMARO,

Sacr. Cæsareæ Majestatis Ferdinan-  
di III. nec non Serenissimi Principis Ferdi-  
nandi Caroli, Archiducis Austriae con-  
siliario intimo : & ad evacuati-  
onem Francodalii Lega-  
to amplissimo.

VIR EXCELLENTISSIME

ET GENEROSE,



Um libellus iste primū  
in Germanorum, Vir  
Excellentissime, & Ge-  
nerose, incidit manus,  
miratio subiit mentem, cur sacra  
propalari paterentur Galli taci-  
turnitatis. An ut prudentiam jacta-  
rent, errorefve emacularent, aut  
qui hæctenus apud ipsos rarissimi  
fuere genii rerum gerendarum ca-



# HISTORIA

DE MINISTERIO CARDINALIS  
Richelii.

ANNO M. DC. XXIV.

*Laus regis Galliae: quis ad ministerium reipublicae  
adsciscendus.*



Um Numen gubernandis rebus humanis  
suo fonte sufficeret, partes supremarum Dyna-  
stiarum, Vicariis ex propenso in genus mor-  
taliū animo, communicavit: motibus cœ-  
lestibus præfecit, Monarchiis viros illustres  
adjuuxit. Reges quidem autoritate supre-  
mâ ornavit, eodem non donavit genio. Pondere, mensura &  
numero Deus omnia fecit, sed veluti Raphaelē & Titia-  
num inter paucos omnibus pingendi studiosis perfecti ma-  
gistros dedit, ita Reges à Cætare, Constantino & Carolo  
Magno, gubernandi modum accipere voluit. **Quicquid** e-  
nim in quovis genere excellit, Philosopho monente, mensu-  
ram præbet inferioribus. Hoc encomio fraudate nemo ausit  
regem Galliae, populis venerandum. Certum enim, regnum,  
Epūs ductu, complurium retro seculorum gloriam ex-  
tendere, ubi dubites, an prudentiæ, fortitudini Justitiæ ve  
primas tribuas, aut regibus imitandas propines. **Justi** ta-  
men cognoomen nunquam non expetivit, dum justitiæ  
normam rebus gerendis sumsit, summam regum gloriam,  
Majestatis incrementum, consiliorum prosperitatem, pa-  
cis firmum fulcimentum. Neque hinc Magni nomine ca-  
ruerit, cum id maximè ipsius sceptro debeat: **Inviſtum**  
dixeris ob fortitudinem, Augustum, ob virtutem, Con-  
questorem ob fortunæ indulgentiam. Nam per dignitatem  
excellit inter reges, potentiâ evadit fortissimus, consilio s-